



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium Vsvm Ac Praxin

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1676

§. 2. De Antiphonis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48333)

que ad Sabbatum post Pentecosten inclusive dicitur post Versus & Responsorium illorum unum Alleluia.

III. In Dominicis, Ferialibus, & Simplicibus Vigiliis, si proprii in Proprio de Tempore non assignentur, sumuntur ex Psalterio. In Festis ex Proprio, vel Communi Sanctorum.

§. VIII.

De Precibus Ferialibus.

I. **D**icuntur, quoties in Laudibus & Prima dictæ fuerunt.

§. IX.

De Orationibus.

I. **N**unquam omittuntur, etiam in Sacra Hebdomade. II. In Dominicis sumuntur ex Proprio de Tempore. In Festis & Vigiliis ex Proprio vel Communi Sanctorum. In Ferialibus ex Dominica præcedente, nisi propriam habeant.

§. X.

De Clausula.

I. **S**emper hæ Horæ clauduntur per *Dominus vobiscum, Benedicamus, Fidelium* (excepto Triduo ante Pascha) & si non conjungantur cum Laudibus, nec alia Hora sequatur, in fine dicitur *Pater noster*, si privatim recitentur; nam publicè omnis hora separatim recitata, & terminata, per *Pater noster*, Antiphonam *Salve* &c. aut aliam, ac *Divinum auxilium* &c. finitur, ut in Rubricis §. 36. dicitur.

TITULUS V.

DE VESPERIS.

§. I.

De Initio.

I. **V**esperæ semper inchoantur à *Pater & Ave*. Versus *DEVS in Adiutorium* semper dicitur, excepto ultimo Triduo Sacræ Hebdomadæ, & Defunctorum Officio.

§. II.

De Antiphonis.

6 6

I. Nun-

I. **N**Unquam omittuntur, etiam in Triduo S. Hebdomadae.

II. In Dominicis & Ferijs sumuntur ex Psalterio, in Festis ex Laudibus; de Communi Sanctorum, nisi propria in Proprio de Tempore, aut Proprio Sanctorum assignentur.

III. Tempore Paschali in Dominicis & Ferijs omnes Psalmi dicuntur sub una tantum Antiphona. In Festis vero cuilibet Psalmo subjungitur Antiphona, & in illius fine additur Alleluja, nisi jam antè in illa reperiatur. A Septuagesima usque ad Pascha, omittitur Alleluja, si Antiphonae curiam adjunctum sit.

IV. In Duplicibus integræ in initio & fine Psalmi dicuntur. Si Antiphona cum principio Psalmi conveniat, non repetitur initium, nisi Antiphonæ Alleluia subjungatur.

§. III.

De Psalmis.

I. **S**emper dicuntur quinque Psalmi, (solo Sabbato sancto excepto) qui in Dominicis & Ferijs sumuntur ex Psalterio, in Festis verò ex Communi Sanctorum, nisi alij in Proprio Sanctorum, aut de Tempore assignentur.

II. Clauduntur semper per *Gloria Patri*, exceptâ Festâ quintâ Cœnæ Domini, & die Parasceves. In Officio Defunctorum illius loco substituitur *Requiem*.

§. IV.

De Capitulo.

I. **N**unquam omittitur, nisi in Triduo ante Pascha usque ad Dominicam in Albis exclusivè, & in Officio Defunctorum.

II. In Dominicis & Ferijs sumitur ex Psalterio; in Festis verò ex Communi Sanctorum, nisi pro utrisque aliud in Proprio de Tempore aut Sanctorum assignetur.

III. In fine subjungitur *DEO gratias*.

§. V.

De Hymno.

I. **S**emper dicitur, excepto Officio Defunctorum, & Triduo ante Pascha usque ad Dominicam in Albis exclusivè.

II. S.